

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Anthropologia Anatomico-Physica

Baumer, Johann Wilhelm

Francofurti, 1784

VD18 11680695

Cap. XXXII. De nervis accessorio ac phrenico.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16622

§. VII.

Par septimum & octavum. Par septimum, inter sextam septimam que colli vertebras, atque par octavum sub octavum. vertebra septima foras ex euntia consimiles cum nervis vicinis connexiones habent, ac ramulis nervosis partes adiacentes donant. Generatim adhuc sciendum est, inferiora quatuor nervorum cervicalium paria superioribus maiora esse, ultimaque tria eorum paria cum primo dorsuali ansæ speciem formare, quam arteria axillaris transit.

CAP. XXXII.

De nervis accessorio ac phrenico.

§. I.

Par accessorium. Par accessorium Willisi non ab aliis collinervis, sed, inter postica illorum filaments, pluribus radiculis ex ipsa medulla spinali modo altius, modo profundius, non tamen infra sextum cervicalium par, ortum sumit, atque, in ascensu suo ramorum cervicalium posteriorum filis auctum, per magnum ossis occipitis foramen cranium intrat, ibique filamentis, ex medulla oblongata provenientibus, donatum cum pari vago, acceptis etiam ab hoc filamentis quibusdam, in eodem duræ, at diverso piæ meningis involucro, e cranio iterum egreditur, atque a pari vago iterum recedens, ramulis cum intercostalibus ac lingualibus communicatis, ad musculos sterno-masto-



deos, trapezios, rhomboidales, angulares
scapulae, complexos, occipitales, colli
glandulas, atque integumenta pergit. Inter
medullam spinalem ac par vagum hoc ner-
vorum par consensum efficere videtur. Vid.
Frid Ruysschii epist. anat. XII. p. XXVI. Alb.
de Haller icon. anat. fasc. I. tab. II. fig. II.
*Dn. Jo. Frid. Lobsteinii diss. de nervo spi-
nali ad par vagum accessorio, Argent.*
MDCCLX.

§. II.

A tertio, quarto & quinto cervicalium *par phre-*
paribus nervi phrenici, vel diaphragmatici,
nicum.
natales suos ducentes in collo atque thorace
descendunt, atque sub ipso in hunc, inter
claviculam & arteriam subclaviam, introi-
tu, primi paris dorsualis ramulo aucti, at-
que cum intercostali magno connexionem
admittentes, in sinistro latere longior peri-
cardio adhæret, in dextro autem brevior
venam cavam sequitur, cum illa ramulorum
ope connectitur, ac superiori diaphragma-
tis superficie sese immittunt, illudque ra-
mulis suis donant. Vid. *B. Eustachii tab.*
anat. XVIII. & Ephr Kriegeri diss. de nervo
phrenico, Lips. MDCCLVIII.

CAP. XXXIII.

De nervis brachialibus.

§. I.

A tertii cervicalium & primi dorsualium *Nervi*
paris ramulo, ac quatuor inferiorum *brachia-
cervicalium truncis, nervi brachiales ori-*
les.

